

DILUCIDATIONIS
SELECTARUM
SACRÆ
SCRIPTURÆ
QUÆSTIONUM

PARS PRIMA

IN QUA

DILUCIDANTUR QUÆSTIONES

IN

LIBROS GENESIS, EXODUM, LEVITICUM, NUMEROS,
DEUTERONOMIUM, JOSUE, JUDICUM, RUTH, ET
QUATUOR LIBROS REGUM

A U T H O R E

F. MARTINO WOUTERS,

ORD. EREM. S. P. AUGUSTINI, IN ALMA UNIV. LOVAN. SACRÆ
THEOLOGIAE LICENTIATO, ET SS. LITER. PROFESSORE.



CUM APPROBATIONIBUS ET CENSURIS.

WIRCEBURGI,

IMPENSIS IOANNIS IACOBI STAHEL, BIBLIOPOLÆ A CELSISSIMO
SPECIALITER PRIVILEGIATÆ MDCLXIII.



CENSURA.

Dilucidationes variarum quæstionum in *Sacram Scripturam*
Authore Eruditissimo Patre *Martino Wouters*, Ord. Ercm.
S. P. Augustini, in Alma Universitate Lovan. Sacrae Theolo-
giæ Licentiato &c. utiliter in lucem edentur. Dabam Lovanii
9. Maii 1753.

F. S C H E P P E R S , J. U.
& S. Th. Lic. Reg. & Apost. Lib. Cenf.
Ecclef. Colleg. S. Petr. Lov. Can. &
Decanus.

APPROBATIO ORDINIS.

E x commissione A. R. P. M. Provincialis legimus librum, cui
titulus: *Dilucidationes S. Scripturæ Quæstionum*, in quibus ni-
hil Catholicae Fidei aduersum, sed præcipuas S. Scripturæ difficul-
tates

DILUCIDATIO IN LIBRUM GENESIS. PRAEFATIO.

Liber, quo nascentis mundi primordia narratur, omniumque ejus partium strucutra atque exornatio describitur, *Genesios* nomen accepit. Si vero a materie dignitate commendetur voluminis aliquis claritudo & nobilitas, praelata sine & exigua est hujus libri materies. Quid enim mundo asperabilis in rebus a Deo conditis, mole majus, varietate admirabilius, specie magnificentius, ornatu elegantius, discretissimo partium omnium ordine, miroque earum inter se quasi contentu quodam, confensuque venustius? Quid ad ingrendem mortalibus unius Dei notitiam aptius?

Si autem, ut fieri solet, Scriptoris nomen & gloria librum quendam decorat atque nobilitat, magnum profectum hujus libri est elogium. Moyses namque (ut infra probabitur) ejus auctor est, vir quando dignior omni laude, tanto omni laude major. Qualis enim & quantum fuit Moyses, tribus libris prosecutus est Philo Judeus, & uno Gregor. Nyssenus, ubi totius vite gelia mystice ad exprimendos viri perfecti mores transfruntur.

Ex ejus libris manifestum evadit, illum fuisse summum Historicum, sive veritatem, primum historiae laudem, species, sive longissimi temporis seriem. Vultus Posterni insignem, probant pulcherrima duo Cantica Exodi 15., & Deuteronomii 32. Philosophum fuisse eximium, nemini, qui hunc librum legerit, dubium esse potest: mobilis-

simam quippe Philosophiz partem, que tractat de mundo & homine, de luce & astris, de clementis; & quidquid universi ambitu continetur, in lucem producit. Theologum illum probat sublimis illa divinorum attributorum commendatio, tota divini cultus institutio, & familiarissima cum Deo conversatio: Pontificem summum demonstrat nobis Aaronis consecratio: Legislatorem perfectissimum, Religiosis & Reipublicis Judaicæ institutione, quæ omnia ad longuta describuntur in Lib. Exodi, Levit., & Num.

In hoc vero libro brevem à mundo condito ad Patriarchæ Jóseph mortem Moyses texit historiam, mundi narrans originem, protoparenthum lapsum, posteriorum Adar per Cain & Seth propagationem, eorumque ob peccata per aquæ Diluvii exterminium, Noë ejusque filis ad posteritatis seminarium reservatis. Deinde confusas referit in Babellinguas, Abraham, Isac, Jacob, hiscumque ejus acta, finisque cum morte Josephi. Nullis autem in hoc opere rationibus arguitur utitur ad fidem rebus narratis adducendam, sed simplici, plenaque oratione, ut historicum divinitus inspiratum decet. Quia vero forte aliqui (estis infundati) ingeri possent dubitatio, an Moyses Genesis, ceterosque Pentateuchæ libros scripsit, ante omnia evincendum est, Moysen esse verum Pentateuchæ auctorem. Sit igitur

Q U A S T I O PRÆLIMINARIS.

AN MOYSES SCRIPSERIT QUINQUE PRIORES S. SCRIPTURÆ LIBROS?

Reips. affirmative. hecque receptissimæ & perpetuæ traditione adeo certum est, ut neque Pagani, Iudæi aut Christiani unquam huiusmodi controvensionem, utram libri illi Moysi essent adjiciendæ; sed canentes eos ut tales suscepissent & colligerent, ut videre est apud S. Joannem, I. enarr., aliosque veteres Christianæ Religionis Apologitæ & Adversores. Unde & novissima S. Trid. Synodus Scll. 4. illos quaque libros Moysi adscribit. Eadem veritas in ipsa scriptura manifesta est. In eis

Prob. 1. ex Exodi 24. ubi ¶ 4. legitur: *scripti auctor Moyes uniuersos sermones Domini*. Et Deuteronomii 31. ¶ 9. *scripti itaque Moyes legem hanc*, & tradidit eam *Sacerdotibus suis Leot.* qui pertinuerunt *Arcam Fidei Domini*, & cunctis senioribus Israel.

Prob. 2. ex Josue 1. ¶ 2. ubi post mortem Moyisa populo Israel per Josue Dei preciope fecerit: *Facias omnem Legem*, mutem præcepit tibi *Moyes servus natus...* ¶ 8. *Non recusat valens legi hujus ait ore tuo*, sed meditabor in eo dicens ac nosbas, ut custodias. ¶ 5. facias omnem, quae scripta sunt in eo. Et 4. Reg. 41. ¶ 8. *Si tamen Tom. I*

custodierint opera omnia, quæ præcepisti, & universam legem, quam mandauit eis fratru meus Moyes.

Prob. 3. ex novo Testamento, quod hinc variata etiam omnino traducatur. Unde Iacob 2. ¶ 22. dicunt: *Peliquam impieti sunt dies purgationis Mariae secundum legem Abrah.* tolerant *Iesum in Iherusalem*, ut solerent eam *Domino*; *sunt scriptum est in Legi Domini*. Ubi Lex Domini dicitur etiam Lex Moyis, quoniam à Moyse pronuntiata & scripta fuit. Hoc vero habentur Exodi 13. & 32. item Levi. 12. & Num. 8. Similiter Chrysostomus pleurens in Evangelio affirmit, Moysem fuisse Legis scriptorem, Iis. Ioan. 5. ¶ 45. alloquitur Iudeos incredulos, quod eum, ut vero promissum à Prophetis, maxime à Moyse admittentes renuerent; mit: *Nolite putare, quia ego accusatorum sum vos apud Patrem*, & qui accusat vos Moyse, in quo vos feceritis: & enim crederetis Moyse, forsitan crederetis & mihi, de me enim hic scripsi: si autem illius litteris non creditis, quoniam modo veritas meis credetis? Unde Cap. 1. ¶ 23. Philippus dicit ad Nathanael: *quem scripsit Moyse in Legi*, & Propheta,

DILUCIDATIONIS
SELECTARUM
SACRÆ
SCRIPTURÆ
QUÆSTIONUM

PARS SECUNDA

IN QUA

DILUCIDANTUR QUÆSTIONES

IN

LIBROS PARALIPOMENON, ESDRÆ, IUDITH, ESTHER, MACHABÆO-
RUM, HISTORIAM ET CONCORDIAM EVANGELICAM, ACTA APOSTO-
LORUM: ITEM IN D. PAULI, ET CATHOLICAS EPISTOLAS.

A U T H O R E

F. MARTINO WOUTERS,

ORD. EREM. S. P. AUGUSTINI, IN ALMA UNIV. LOV. SACRÆ
THEOLOGIÆ LICENTIATO, ET SS. LITER. PROFESSORE,



CUM APPROBATIONIBUS ET CENSURIS.

WIRCEBURGI,

IMPENSIS IOANNIS IACOBI STAHEL, BIBLIOPOLÆ A CELSISSIMO
SPECIALITER PRIVILEGIATÆ. MDCCCLXIII.



DILUCIDATIO

IN PRIORA CAPITA

LIBRILPARALIPOMENON.

P R A E F A T I O .

Libri Paralipomenon (qui uno apud Hebreos volumine recensentur) non male hinc inde *libri diuersi* appellantur, cum in iis præcipue contineantur historie, que ab initio mundi, usque ad captivitatem Babyloniam acciderunt. Paralipomenon tamen idem est, quod *Iuber relictorum*, scilicet suppletivus: in his enim libris suppleta reperimus, que in prioribus libris historialibus (principiis Regum) vel desunt, vel non sat aperte, & distincte scribuntur.

Porro utrumque hunc librum Proto Canonicum esse omnes admittunt Catholicci. Utilitas ejus est, quod duplicem in aliis libris contentam tollit obscuritatem; quarum una provinebat ex eo, quod potestis alibi personatum nominibus, familia, tribus, vel habitationis locus omittentur: Cum enim varii eodem fuerint nomine appellati, orta est non raro historiarum confusio, & quod a multo senio-

re gestum fuit, juniori attributum &c. Obscuritas vero haec lib. 1. à cap. 1. usque ad nonum inclusivè tollitur, ubi tribus omnes, locahabitationum, generationes, earumque per David usque ad captivitatem Babyloniam successores clarius describuntur. Altera obscuritas originem duxit ex eo, quod alibi vel supprese fuerint historie, vel saltim truncatae: Huius faciem admoveat exactior historiarum (præsertim tamen Regum Iuda) enarratio, que à cap. 10. lib. 1. usque ad finem lib. 2. pretenditur. Et ideo loquens de hoc libro S. Hieronymus in Prologo ad Paulinum ait: *Paralipomenon liber... tantus ac talis est, ut absque illo, si quis scientiam Scripturarum sibi voluerit arrogare, seipsum irrideat: per singula quippe nomina, junduraque verboruſ et prætermisſe in Regum libris tanguntur historie. Et innumeraliter explicantur Evangelii quaſtiones.*

QUÆSTIO PRÆLIMINARIS.

QUIS SIT AUTHOR LIBRORUM PARALIPOMENON?

Respondeo: Librorum horum Authorem nonnulli dicunt esse incertum: Communiter tamen Interpretes tenent eum fuisse Elidram, Scilicet & Sacerdotem, qui post reditum ex captivitate Babylonica, ex particulis Regum Iuda Diariis, per Prophetas & Sacerdotes, Regibus coevoz, confici solitus, spiritu Dei actus singula compilavit.

Prob. Quia finis libertorum Paralipomenon, & libri 1. Elidram initium eidem ferè verbis contexuntur. Sic finitus lib. 2. Paralip. Anno autem primo Cyri Regis Persarum, ad expiandum servitum Domini, quem locutus fuerat per os Jeremia, suscitavit Dominus spiritum Cyri Regis Persarum: qui iusti predicatori in universo regno suo, etiam per Scripturam, dicens: *Hoc dicit Cyrus Rex Persarum: Omnia regna terra dedit mihi Dominus Deus caeli, & ipse præcepit mihi ut aedicarem ei domum in Ierusalem, quae sit in Iudea. Quis est in uolvi de universo populo eius? Sit Deus natus cum ipso. Ascendat in Ierusalem ego.*

ut aedicarem ei domum in Ierusalem, qua sit in Iudea: Quis ex uolvi est in omni populo eius? Sit Dominus Deus natus cum eo. Et ascendat.

Sic verò incipit lib. 1. Elidram: *In anno primo Cyri Regis Persarum ut completeretur verbum Domini ex ore Jeremia, iustificavit Dominus spiritum Cyri Regis Persarum: Et traduxit vocem tu omni regno tuo etiam per Scripturam dicens: Hoc dicit Cyrus Rex Persarum: Omnia regna terra dedit mihi Dominus Deus caeli, & ipse præcepit mihi ut aedicarem ei domum in Ierusalem, quae sit in Iudea. Quis est in uolvi de universo populo eius? Sit Deus natus cum ipso. Ascendat in Ierusalem ego.*

Com. Inquit in fine librorum Paralipomenon. Et in initio lib. 1. Elidram habeantur eadem, tam ueroa verba, et non quoad tensum; hinc facta proabiliter, seu plausibiliter videtur erit, uolum euandemque esse, qui



DILUCIDATIO IN APOCALYPSIM S. JOANNIS APOSTOLI.

P R A E F A T I O .

V Erbum *Apocalypseos*; id est, *Revelations*, propriè Scripturarum est: & à nullo Sa- plenium hujus saeculi apud „Grecos usurpatum.” Ira S. Hieron. in cap. 1. epist. ad Galat. *Apocalypsis* itaque est vocabulum Græcum, Latine signi- ficans *Revelationem*. Derivatur à verbo *Apocalyptoo*, quod apud graecos est anti- quissimum ac usitatisimum. Sicut au- tem hodie nos Latini recte dicimus: *Ad- juvo, adjutus, & similia, & tamen vox adjutorio* est barbara, ac minimè Latina, ita olim apud Gentiles Grecos viguit ver- bum *Apocalyptoo*, non vero vox *Apoca- lypsis*. Unde sicut Cicero à verbo *beo* pri- mus derivavit vocem *Beatitude*, ita Apo- stoli à verbo *Apocalyptoo* primi derivaverunt vocem *Apocalypsis*. Primus vero de- rivator non fuit S. Joannes; siquidem etiam S. Paulus, ante hujus libri con- scriptiōnēm dudum defunctus, cap. 14. epist. 1. ad Cor. v. 26. inter primitivā Ecclesiā charismata ponit *Apocalypsim*; id est, scientiam per revelationem infu- sum, quam habent Prophetae. Quia igitur Gentiles Greci ignorarunt Propheticas divinæ Majestatis revelationes, idēc voce *Apocalypsis* non habuerunt opus.

Porro summam esse hujus libri digni- tatem restatur S. Hieron. epist. ad Pan- dinum cap. 7. ubi ita scribit: *Apocalypsis Joannis tot habet Sacra- menta, quo verba Parvus dixi, pro merito voluntatis laus omnis inferior est. In verbis singulis mul- tiplices latent intelligentiae.* Et in cap. 30. Ita Prophetae culpat Chilias hereti- cos, seu Millenarios, quod eorum error natus sit: quia non intelligebant *Apocalyp- sis Joannis in superficie litteræ medullata Ecclesiæ Sacra- menta continere.* Hoc est, aliud apparet in vocibus, aliud apparet in sensibus: quia ferè omnia sunt alle- gorie arque enigmata. Item Dionysius

Alexandrinus, apud Eusebium lib. 7. Histor Ecclesiast. cap. 23. de *Apocalypsi* hac dicit: “Ego vero, quantum ad meam sententiam pertinet, spernere aut ab- jicere Scripturam libri hujus nullatenus audeo. . . . Sed hoc magis de eo judi- co, quod excedant, atque ermineant quæ in eo scripta sunt, auditionis mo- dum, & sit in eo arcanus quidam & reconditus, atque admirandus om- nibus sensus, quem & ego admiror, ac veneror, etiam si non intelligo. Et ita sentio, quod divina aliqua Sacra- mента sermonibus corespondant huma- nis, non tam iudicio meo discernens, quæm fide credens: & ideo non re- probo que non intelligo, sed tam magis admiror, quanto minus assequor.”

Argumentum vero, seu scopus hujus libri nihil aliud est, quam Prophetia re- urum maximè notabilium, in Ecclesia ge- renderum à primo Christi adventu usque ad finem saeculi, uti testatur S. P. Aug. lib. 20. de civ. Dei cap. 8. Itaque tribus primis capitibus exponitur status, quem isto tempore habebant Ecclesiae Asiaticæ; Episcoporum virtutes & vitia commemo- rantur, disponuntur de ipsis varia, & omnes istæ Ecclesiae instruuntur circa gravissimam tunc persecutionem. Quarto & seqq. Capp. prædictis & exponitis posterior decursus totius Ecclesie; ac præseri exhibentur seu describuntur persecutions & Principibus Paganis ad- versis Ecclesiam movendæ, ut fideles, telis jam ante prævisis, lenius feriantur, & ad patientiam constantiamque ani- mentur. Deinde describuntur septem plagæ novissimæ, strages Gog & Magog, Antichristi & complicum illius inseritus, hujus universi excidium, universale ju- dictum, & tandem æterna Beatorum gloria.